

Georg Schede


**Lectori Benevolo S. Sapienter ille, qui ante J. Lipsium Cent. I. ep. 49 Tempus
omnium rerum Patrem nominavit ...**

[S.l.], [1649]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742551407>


Druck Freier  Zugang





DK-9453 (1)

*Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis*



Inhalt:

(Progr. 1631) G. Schedius, Metaphrasis poet. Feschajahu proph. coniectionum.
Tenebrae in obitum Gust. Adolphi Suec. reg. .. habita a G. Schedio, Rector Sch. Gustr. 1633.
Lemus Regius, Das ist Schmelde Klag: u. Trauer Schrift üb. d. Eintritt .. Gustr. Adolphi .. Autore G. Schedio. 1633.

Progr. 1646. (Lectorum ad ont. invitat Rector Sch. Gustr. etc)

1648.

1649 (Jan., März, Dec.)

1650. (1. Aug. II Nov.)

1652.

1653.

1655.

1658. (1. Oct. u. Von. Lecture.)

1663.

Natales Reipublicae Meclenburgicae sacri. Gustr. 1666.)

Hucht, Disp. log. de formali enunciationis redupl. et spec. sub prals.

G. Voigtii, Rectoris .. defendet. Gustr. (1671.)

Wagner, De oraculis Sibyll. sub pr. Voigtii .. def. Gustr. (1672.)

Progr. 1702. (Contra indifferentiam religionum.)

F. Otto, Theses log. resp. Daleke. Gustr. 1706. Editio II. 1710.

De veritate rel. christ. .. resp. Stark. Gustr. 1710.

In alterum jubilaum Lutherianum .. Gustr. 1717.

Laeculare laudis sacrificium .. datus a novellis Athenaei Gustr. Collegis. (1717)

Thesium misc. decadem .. moderante F. Ottone Rector. prop. D. Sandow. G. 1717.

Triumph. Lied .. 2. Luth. Jubel. Fest. .. G. (1717)

Festum transl. Bild. Luth. germ. .. celebr. in urb. Richter. Gustr. Rector. (1719.)

Cantata .. (1719)

Progr. 2. Festum sac. II Augustanae Confessionis .. in urb. .. (1730)

Cantata .. (1730)

Progr. 2. Geburtstagfeier des Herzogs 1731. (Richter, De Henrico Leone)

1732. (Di Alberto et Johanne)

[1733 steht ill. 885]

1734. (De rebus Meclenburgicis)

Joh. Schumannus, De mysterio pietatis.
sub pras. G. Voigtii Gustr. 1671.
(Vom Gedächtnis)

Ns. Progr. 2. Geburtstagfeier d. Herzogs 1718 ff. u. a. siehe ill. 74.

Progr. z. Geburtstagsf. des Herzogs. 1735. (Richter etc.)

1736. (" ")

1737. (" ")

1738. (" ")

1739. (" ")

1741. (" ")

1743. (" ")

1744. (" ")

1745.

1746.

1747.

~~1848~~ Severi *Stamus bucolicum* ed. Richter. 1747.

1749.

1750.

Philippi Juliae Ducis Rom. diarium itineris ed. Richter. 1750.



Lectori Benevolo S.

Sapienter ille, qui ante J. Lipsium Cent. 1. ep. 49. Tempus omnium rerum Patrem nominavit, fecisse videtur: siquidem illud, definiente Archimede, inventor est omnium rerum novarum, & commentarius antiquarum, videns initia, progressus, & finem rerum omnium, omniaque terminans. Hanc descriptionem pensiculatiùs considerantibus nihil in ea sese offert, quod non verissimum esse dixerimus. Et sanè si Tempori, perinde homini, articulatè loquendi facultatem DEUS communicasset; multa nobis, tanquam oculatus omnium rerum gestarum testis, de quibus nobis dubitandum, esset suggesturum. Verùm hoc ἀφρονότε καὶ ἀσεβέστεν fugit, nihilq; post se, nisi desiderium sui relinquit, secū etiam nos sensum trahit. Et fuit aliquando (sic mihi loqui liceat) tempus, in quo nullum tempus fuisse nobis fatendum, quod qui fieri potuerit, ingenuè quidem me nescire fateor. Illud tamen, qui accuratè indagat, poterit nominare Principium, cum Moyse תְּשַׁבֵּת, & hoc Principium dicimus fuisse illud, in quo omnia, & sic etiam Tempus creata fuerunt: tempus autem sine tempore, Æternitatem. Licet autem dies primus à DEO nondum nuncupatus tum quidem fuerit; tamen nemo negabit ad ejus constitutionem principium, i. e. τὸ πρῶτον, instans seu momentum, in quo DEO visum fuit ex nihilo producere omnia, & propter hæc Tempus, quod ex confluxu τῶν πάντων constat, & quasi coalescit, non esse segregandum. Hinc perspicere licet, si à CHAO, Moyse חָוָה & בְּהוּת, quæ denotant rem informem, rudem & vastam, quod (Chaos) omnium rerum prima materia, ipsum verò ex nihilo virtute Verbi à DEO creatum in momento, antea non-Ens extitit, recedimus, Tempore inter res creatas nihil fuisse prius, uti Sp. Sanctus per organum electum Moysen refert. Neque poterat quicquam rerum à DEO creatarum prius esse quam causa illis ad-

X

ministra-

Universitätsbibliothek
Rostock

ministratura præexisteret. Ut primùm autem hæc exitit, vi
cujus numerari, & vivere omnia debebant; Lucem DEUS vi
Verbi ex rudi, vasta, informi, confusa, & indigesta illa mole,
quam suprà cum Moyse *Thobu & Bohu* salutavimus, produxit,
diei primi anni primo, quo nullus alius, vel punctum tempo-
ris prius fuit, initium daturam. Nec verò diem DEUS saltim
fecit, ut videlicet una & eadem lux primigenia sine intermissi-
one utrumq; hemisphærium irradiaret; Sed per universam il-
lam molem informem dispersam, velut in unum quoddam
collegit corpus, ita tamen, ut luce à tenebris seperatâ, has qui-
dem nuncuparet Noctem, Lucem verò Diem. Hos voluit
ordine per vices sibi succedere, ut nec lux semper splendore
suo nobis inserviret, nec perpetua nox nos premeret. O Dei
in condendo omnipotentiam! O Verbi in disponendis omni-
bus Sapientiam! O admirandam SPIRITUS SANCTI in
incubando, calefaciendo, & instar animantis hanc informem
modò creatam matrem vivificantis, & ad varia *ἐπιψύχων καὶ ἐψύ-
χων* corpora vivificanda solertiam! Neq; mens nobis est di-
versum hic quiddam, à sanioribus ablutens statuere. Sen-
serunt idem ante nos Patres, quibus multorum Sacræ Scriptu-
ræ locorum dilucidationes acceptas ferimus. Audiamus D.
Basilium, hæc ipsa SPIRITUS SANCTI verba explicātem:
Multū Spiritus Sanctus & vivificavit naturam, seu aqueam
molem in modum avis incubantis, καὶ ζωτικῶν τῶν ὕδατων ἐπιείσθη
καὶ ἐψύχων, i. e. & vivificam quandam facultatem infun-
dentis sub se fotis (pullis). Verùm cum non nimis calamo hic
sit indulgendum, & thema nostrum propriè quarti diei opera
à Deo facta, postquam DEUS *ἐπέβη* i. e. coeli in latum diductio-
nem, seu extensionem, Græcis *επέβηκε*, nobis ob solidita-
tem firmamentum, fecerat, & terram ab aquis separatam,
non secus atque è profunda quadam abyssu eduxerat,
foetificatam Verbo omnipotente variarum rerum semine; ac-
cinxit se ad lucem illam, quæ hæctenus *συνκεχυμένη* & sine or-
dine

dine per terram erat dispersa, Soli & Lunæ novè creatis, velut
utribus immensis immittendam, ut suo quisvis officio *καθ' ἑ-*
αυτὴν satisfaceret; essentq; in tempora, dies & annos. Et qui-
dem Gen. I, 14. primò omnium in S. literis legimus mentionē
fieri Temporis, quod existit ex minutis, Aristoteli momenta;
quæ metiantur tempus, dictis, quatenus videlicet illud est
numerus motus ratione prioris & posterioris. Momen-
tum namq; *ῥῆμα*, ut verè Clariss. Jētus Pacius in cap. 17. lib. 4.
Φυσ. ἀπελάσ contex. 104. ita cum tempore connexum est, ut
nec possit esse momentum sine tempore, nec tempus sine mo-
mento perinde Punctus est quidem re idem, sed ratione dif-
fert, quando suo fluxu constituit lineam, primam illam quan-
titaris continuæ speciem. Sed ferè extra oleas: redeo ad rem.
Itaq; Momentum, instans, vel ut rectiùs cadat sub intellectum,
fluxus momenti facit tempus, perindè, ut dixi, fluxus puncti
lineam. Dantur autem Temporis, velut generis, multæ spe-
cies, vel potiùs partes. Harum prima & principium reliqua-
rum à Moyse nuncupatur Dies. Septimanam ex hoc septies
multiplicato colligere nos ipse DEUS docuit; sextiduum toti
machinæ habitatæ & inhabitatæ cum omnibus in ea conten-
tis conficiendæ, septimum verò quieti, ut sibi, ita & nobis de-
stinans. Mensis longitudinem Lunæ modò à Sole recessus,
modò ad eundem accessus docet. Solis demùm per 12. signa
Zodiaci meatus Annum nobis describit. De hoc & ejus
partibus, quarum Vates Regius Psalmo 74, 16, 17. recenset du-
as, Hiemem & Æstatem; nec non de Vere & Autumno, à
Græcis & Latinis post multa demùm seculorum divortia ad-
ditis, & tanquam partibus in illis comprehensis, saltimq; per
tropas & conversiones, quæ Æquinoctia dicimus, aliud *verum aliud*
autumnale, à primariis illis distinctis, *Quinq; ex hujus Scholæ Alu-*
mnis: ALBERTUS quidem BUCHOVIVS Stralsundo Po-
meranus, de ANNO in Genere: BERNHARDUS Warendorff/
Gustrov, de HIEME; JOHANNES GEORGIUS TAU-
TENI-

11 *inter*
11 *XIX.*


TENIUS, Thuringus, de VERE; MICHAEL *Strumbögel*/
Sverimonis, de ÆSTATE; LAURENTIUS MAURITI-
US, Wismar. de AUTUMNO; pro ingeniorum modulo
differere *Quo* *est* horâ IX. Craftini Diei XXII. Decembr. con-
stituerunt. Quod dum facere conantur, beneficio hujus Inti-
mationis vestra *Viri Nobilissimi, Magnifici, Amplissimi, Consultissimi;*
Admodum Reverendi, Clarissimi, Prudentissimi, Humanissimi, & Litera-
turæ politiciori deditissimi, atria, ædesq; summissè pulsant, obnixè rogantes, ut
sepositis ad se sequi horii tempus officii curis, huj⁹ materiæ, tum
propter Autorem Deum & vetustatem, tum nostrum ipsorū
usum, per se gratæ recitationi interesse, æquiq; laborum no-
strorum judices existere non graventur: Reputantes apud a-
nimos, nihil omnium esse, quod possit in primordio sui, ne-
quis quod culpet inveniat, perfici: Demosthenem quoq; A-
thenarum Oratorem summum, non natum esse talem, sed in
Cryptis subterraneis gestum & vocem sibi formasse, aliæque
linguæ vitia immixtis in os lapillis emendasse. Licet autem
non subito fiant Demosthenes, Isocrates, Cicerones, alii;
tamen in secundis & tertiis constituisse nemini unquam vitio
datum fuit. Facient, quantum ætas, locus & facultas admit-
tunt: & hoc sibi præstitum beneficium, tummamq; in Musas
humaniores facilitatem & favorem gratis agnoscent animis;
suis etiam domum reversi deprædicabunt; Tum quoq; alii
ad consimilia studia excitabuntur. Valete, nobisq; favete.


XVII.


Scribendam GUSTROVI Die XII. Decembr. An; 1649.

M. Georgius Schedius,
Sch. Gustr. p. t. Rector,


122







dine per terram erat dispersa, Soli & Lunæ novè
utribus immensis immittendam, ut suo quisvis of
ραμν satisfaceret; essentq; in tempora, dies & ann
dem Gen. 1, 14. primò omnium in S. literis legimu
feri Temporis, quod existit ex minutiis, Aristotel
quæ metiantur tempus, dictis, quatenus videli
numerus motus ratione prioris & posterioris.
tum namq; *ῥῶν*, ut verè Clariss. Jctus Pacius in c
Φυσ. ἀνεγασ contex. 104. ita cum tempore connex
nec possit esse momentum sine tempore, nec temp
mento perinde Punctus est quidem re idem, sed
fert, quando suo fluxu constituit lineam, primam
titatis continuæ speciem. Sed ferè extra oleas: re
Itaq; Momentum, instans, vel ut rectius cadat sub
fluxus momenti facit tempus, perindè, ut dixi, fl
lineam. Dantur autem Temporis, velut generis,
cies, vel potiùs partes. Harum prima & principiu
rum à Moyse nuncupatur Dies. Septimanam ex
multiplicato colligere nos ipse DEUS docuit; sex
machinæ habitatæ & inhabitatæ cum omnibus in
tis conficiendæ, septimum verò quieti, ut sibi, ita &
stinans. Mensis longitudinem Lunæ modò à Se
modò ad eundem accessus docet. Solis demùm p
Zodiaci meatus Annùm nobis describit. De
partibus, quarum Vates Regius Psalmo 74, 16, 17. r
as, Hiemem & Æstatem; nec non de Vere & A
Græcis & Latinis post multa demùm seculorum d
ditis, & tanquam partibus in illis comprehensis, f
tropas & conversiones, quæ Æquinoctia dicimus
tumnale, à primariis illis distinctis, *Quinq; ex hujus*
mnis: ALBERTUS quidem BUCHOVIVS Stra
meranus, de Anno in Genere: BERNHARDUS
Gustrov, de HIEME; JOHANNES GEORGI



the scale towards document

vernü, aliud